

05

A

1575

Dissertatio Philologica

23

De

DIVINI NOMINIS

J E H O V A

ΑΝΕΚΦΩΝΗΣ ΕΙ,

quam

Triuno JEHOVΑ annuente,

Sub

PATROCINIO

VIRI

Clarissimi atque Excellentissimi,

DN. M. ANDREÆ SENNERTI,

Lingg. Oriental: P.P. Dignissimi, Præceptoris ac

Promotoris sui omni observantiae cultu profe-

quendi,

publico examini proponit

DAVID WENDELERUS,

Schleträ - Milnicus

Addiem 14. Maii,

In Auditorio majori.

WITTEBERGÆ

Excudebat MICHAEL Wende/ ANNO 1642

*Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi,
Prudentiâ, Autoritate, longoq; rerum usû præ-
stantissimi*

VIRI,
LIBERÆ IMPERIALIS
REIPUBL. RATISBONENSIS DNN.
COSS. SCABINI, SYNDICI,
caterique Domini Senatores
spectatissimi,

Vobis hoc, quicquid ejus est, inscribitur. Vobis, inquam, Tantis, à metantillo. Non levis proœctò temeritatis postulari possem, qui id audere non sum subveritus. Sed res est in vado: Olla singulis sui sigulis sequitur manum, civis ad nutus Magistratus suis conformat, & apes regulum obseruant suum: Quidni svasui eorum & assurerem ego, qui me singunt diligenter ac informant, quorum sum civis, quos item duces veneror & directores? Eos intellectos volo, quorum consilio non ita pridem ex Studiosis nostris Gymnasi vestri expetivitis Correctorem. Atque bi adeò ipsi sunt, qui, cum me non plamē indignum censuerint, cui ista concredi Sparta posset, consultum duxerunt tamen, ut Vestinarum Magnificentiarum, Nobilitatum & Amplitudinum limato judicio Specimen quoddam submitterem prius. Hoc ipsum nunc devotè exhibeo, id imprimis rogans obnoxè, ut serenâ fronte idem accipere, meq; favore vestro impostерum tueri ne dedignemini. Valere optimè. Witteberge, Ipsijs Calendis Maji, Anno recuperatae gratia per Christum CIC XCII.

VV. Magnif. Nobil. Amplit.

Studioſſimus,

David Wendelerus,
Autor & Respondens.



THESES I.

Quod exemplo fit, id iure fieri putatur, inquit Romani eloquii Princeps. Et quod majores si, quos prævios habemus, eò tutius ipsos sequi licebit. Quocircà cùm coram sint exempla Præceptorum nostrorum, majoris commatis Virorum, nulli dubitamus, quin veniam nobis daturi sint ii, à quorum sententiâ non nihil recedemus.

II. Lubet autem impræsentiarum disquirere de aen. Φωνής Nominis περιγραμμάτες πάπι, quænam nempè vera ac legitima causa sit, cur olim hodièque, passim atque vulgo ἀπεράνητον, ἀφεγγανόν, ἀρρητόν, ἀλεκτόν, ἀφεγγυτόν, ineffabile, indicibile, incloquibile &c: dicatur. De cujus ratione multis modis apud plures hinc inde scriptum reperitur.

III. Nos totam rem tribus inclusam sectionibus breviter exhibebimus. Prior sententiam Judæorum, altera quorundam Christianorum, & tertia denique eam, quæ veritati maximè consentanea, vel saltem hâc quidem vice nobis probabilius videtur, sine ullo alterius cuiusquam præjudicio, subjunget.

SECTIO I.

In quâ sententia Judæorum proponitur
& ventilatur.

IV. Constat inter omnes, cùm qui literis Ebraicis sunt initiati, tûm qui de illis aliquid memoriæ prodiderunt, apud Judæos Nomen Tetragrammaton יהוה, ab essentiâ Dei desumptum, metitissimô primas Nomina Dei semper tenuisse, & reliquis, partim ab effeciis,

129

partim ab attributis petitis, reverentia & sanctitate mul-
tum antelatum fuisset.

V. Hinc pio quidem studio, sed inani metu ducti,
abstinebant ab ejus pronunciatione, ne quotidiano
usu vilesceret, ut solent ea, quae quotidie in ore & usu
funt. Quam in rem Maimonides in More, cap. 61.
סוף דבר גזרלה זה השם והשמירה מלקרה אותו להיות
מורה על עצמו יעה מהשר לא ושותף אחר מן
הו הocus nominis ו cautious, ne quis illud legat, hinc est,
quod significet Dei exaltandi substantiam seu essentiam, ו
quidem ita significet, ut nulla Creatura communicet cum eo
in ista significatione.

VI. Postea à Sacerdotibus tantum in benedictione
illà solenni, quae Num. 6. versibus ultim. describitur,
fuit prolatum. Quorum pertinent verba illa ex Tal-
mud: in Massecheth Sota. cap. 7. Misna 6. ברכת כהנים
כיצד במדינה אומרים אותה ג' ברכות ובמקרא ברכות
אחד במקרא אומרים את השם בכהנו במדינה
בכינוי במדינה כהנים נשים את ייוחן כנגד כתפיין
ובמקרא על נבי רاشיהן חוץ מכחן הנזול שאינו מגובה
את ייוחן hoc est, Benedictio sacerdo-
rum quomodo se habet? In provincia pronunciant eam tan-
quam tres benedictiones. At in templo tanquam benedictio-
nem unam. In templo pronunciant N O M E N secundum scri-
pturam ejus: at in provincia per cognomen ejus. In provinciâ
attollunt Sacerdotes manus suas versus humeros. At in tem-
plo supra caput, excepto summo Pontifice, qui non attollit
manus supra laminam (intelligit frontale, cui inscriptum
erat קוש ליהוה Exod. 28. 36.)

VII. Tandem autem, sicut apud Judæos omnia
ferme in superstitionem abeunt; ita quoque hic mos,
אלאכיא quâdam à quibusdam introductus, adeò altas
radices apud posteros egit, & in talem horrendam su-
per-

persistionem degeneravit, ut sub p̄nā æternâ ejus
pronunciatio plebeis prohibita fuerit.

VIII. Ita enim habet Cap. II. Sanhedrin Massechet
fol. 90. facie I. vel secundum edition. Joh. Cochi. p. 83.
וְאֵלֹה יִשְׂרָאֵל שָׁנֵין חֶלְקָה לְעוֹלָם הַבָּא הַאוֹפֵר אֲנֵן
חַיִתְהַמְּתִים & כְּבָא שָׁאֵל אָוֹר אֲפָר הַהְוָגָה אֲתָה
הַשָּׁם בְּאַוְתִּינוֹן hoc est, *Ihsus Israëlitis non erit pars in fu-*
turo seculo, qui dicunt, non esse resurrectionem mortuorum,
&c. *Abba Saul dicit, etiam qui pronunciat Nomen (scil.*
Tetragrammaton) literis suis.

IX. Sed, ne quis sibi in animum inducat hos ma-
gnos Legis Doctores absque scripturâ loqui audere, è
vestigio nonnulla ex sacro codice loca, quibus nominis
τετραγενεσίτης ἀνεκφάνησιν evincere conātur, adducunt:
& quidem primò Exod. 3. v. 15. quando Numen Divinum
ita fari insit: — יהוה זוּ־שָׁםְיִ לְעָלָה Jehovah, hoc est
nomen meum in seculum. Quem locum Rabbi Salo-
mon, sicut, attestante Viro admodum Reverendo Dn.
D. Lysero in τετραγενεσίω thes. 7. expressè habetur in Codi-
ce Talmudico Kidduschini. cap. 4. pag. 71. ita enucleare
allaborat: deficit Vau in fine Leolam, ut explicetur pro,
ad abscondendum aut occultandum (subintellige No-
men Dei,) propterea quod non legitur, sicut scribitur.
Deinde locum Levit. 24. v. II. adducunt, cuius hæc sunt
verba: וַיַּקְרֵב אֶת־הַשָּׁם וַיַּקְלֵל וַיְבִיאוּ אֶת־אֱלֹהִים
Cumque blasphemasset, & nomen Domini maledixis-
set, adduictus est ad Mosen. Tertiò, Exod. 20. vers. 7. לא
הַשָּׁא אֶת־שָׁם וְהַוָּה אֶלְהָה לְשׂוֹא כִּי לא יִקְהַדְּה וְהַוָּה
: non assumes Nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim habebit
insontem Dominus eum, qui assumserit Nomen Do-
mini sui frustra. Quartò, Deut. 5. v. II. רְאֵה נִשְׁא אֶת־שָׁם
וְהַוָּה

אֱלֹהִים אֱלֹהָה לְשׂוֹן כִּי לֹא יַנְקֵב וַיְהִי אֶת אָשָׁר וְשָׁאַל
: Non usurpabis Nomen Domini Dei
tui frustrà: quia non erit impunitus, qui super re vanâ
eius nomine assumserit. *Quintò i. Sam. 3. v. 10.* ubi Sa-
muel omittit vocem Jehova, quam tamen Eli addide-
rat. Quod r̄d̄ idèo factum esse putat, quod illud no-
men tremendum sit, nec proferri à quovis homine de-
beat. Atque hac ergò ratione, per τὸ μῆνις Ιερουσαλήμ, quod
sc. haud licitum sit Nomen profari, *Judæi τὸ ἀνέψωνται*
&c. explicant.

X. Verùm enim verò tantum abest, ut in suam nos
allicant sententiam, ut potiùs contrarium ex rationi-
bus, & locis adductis probare in proclivi sit. Et ut rem
à primo, quod dicitur, ovo repetamus, *primò pu-*
gnat hæc sententia cum scopo revelationis divinæ.
Quippe hoc nomen nobis non est revelatum, ut occul-
taremus, verùm ut cognosceremus & celebremus,
sicut Exo. 9. v. 16. mandatū est: *וְלֹמַעַן סְפִיר שְׁטִי בְּכָל־רָאשָׁיו*
& ut enarrat nomen meum in omni terra. Item
Deut. 6. vers. 13. *אֱתָה תִּתְחַזֵּק אֱלֹהִיךְ תִּירָא וְאַתָּה תִּשְׁבַּע :*
Jehovah Deum tuum timeto, & ipsum
timeto, & ipsum colito, ac per nomen ejus jurato. Con-
fer c. 10. v. 20 & Es. 9. v. 19. *Quomodo igitur possemus*
nomen Dei enarrare, & per illud jurare, si esset inefsta-
bile? Et quod familiam dicit, Deus interrogatus à Mose
de nomine suo, vult, ut in æternum hoc nomen sibi at-
tribuatur, quando Exod. 3. v. 15. dicit: *וְהַזֵּה שְׁמִי לְעֵלֶם*
Jehova; hoc est nomen meum in seculum. Confer
Esa. 42. v. 8. Hos. 12. v. 6. *Ac Nomen Dei quidem de ju-*
re effetti debere, & antehac debuisse probat satis evi-
denter Matthias Flaciüs Illyricus in Clave scripturæ tract.
6. pag. 630. ex illo loco Exod. 3. ubi Moses querit in-
qui-

quiens: Cùm venero ad Israélitas, ac dicam, Deus vester
misit me ad vos: querent, quod est nomen ejus? Respondie
Deus: Dic Iebova (sic ille reddit) misit me ad vos. Hic di-
seré querit Moses de nomine dicendo, indicando seu effando
Israélitis &c. Ergò fuit nomen dicibile, fabile & eloqui-
bile. Quid enim alioquin totus textus sonat, nisi quod nomen
eis dicam? Dic hoc &c. Ergò fuit nomen dicibile, effabile &c.
Aut & Moses & Deus (si dicere fas est) nugatur, & dicere, si-
gnificat hic tacere, & non effari. Ad hanc, quid sibi vult Deus,
cùm toties Propheta mandat, ut dicat: sic dicere Iebovam,
si omnino pronunciari, efferrig, non potest: certè quicquid scri-
ptile est, id & effabile est. Hæc ille.

XI. Deinde pugnat hæc sententia cum exemplis
sanctorum Dei hominum. Illos enim in suis precibus
& colloquiis cum & de Deo sèpiùs hoc vocabulo usos
fuisse nemo negare potest. Unicus Rex & Propheta
Dávid, nobis exemplo sit, qui in Psalm. in infinitis locis
hoc nomen Dei expressè pronunciat.

XII. Tertiò Judæi hoc etiam attendant, quod stu-
diosa alicujus rei occultatio, quam Judæi prætendunt,
rem eandem non tam venerari, quam turpiter depri-
mere, præsumatur. Quod enim celebrare, & cum lau-
de summâ per hominum ora decantare jubemur, illius
necessæ est, ut mentionem faciamus, Confer Fuller. l.
4. Miscell. c. 13. p. 487.

XIII. Tandem fundamentum hujus rei, atque adeò
rem totam suspectam reddunt ipsæ Judæorum, quas in-
ter se hic gerant, dissensiones super hoc interdictio acer-
rimæ. Quidam enim hujus rei Deum Authorem faciunt
Exod. 3. 15. quod patet ex thesi 9. quidam à Magistris
hunc morem introductum putant. Vide B. Gerhard.
in Exeg. loc. 2. de attribut. Div. p. 618.

XIV. Ceterum ventilanda imprimis jam quoque sunt dicta, quæ ab ipsis adducuntur. Et quidem principio locum Exod. 3. v. 15. ineptissime huc ab illis detorqueri, omnes, qui non planè sunt desioculi, & cerebrum in calcaneo habent, spontevident. Atque ut nihil dicam de falsâ punctorum vocabuli עַלְמָי substitutione, sermo ibid. est de agnitione & celebratione Nominis Divini, quod seq. verba oppidò monstrant רְאֵה וְכָרֵן לְרֹאֵה adeoque quid ibidem notet, luculenter appetiunt. Et si hunc in modum Scripturas sacras detorquere licet, quis tandem Scripturæ locus non violabitur? Hæcine vestra est in libros sacros Religio, quam ubiq; crepatis? Nobis ut integrum non est, vel unicum in sacro codice apicem, immutare; ita nec illis argumentis, quæ huic iniquæ depravationi innituntur, quicquam movemur. Quid vero de Psal. 44. v. 9. dicetis, qui locus nostro ex parte est parallelus. Anne & ibi abscondere jubemur nomen „, & simul profiteri?

XV. Videndum nunc alter Scripturæ locus, quem pro se allegant Judæi ex Lev. 24. v. 11. totam collectionis rem in voce נְקָבָה collocantes. Verum, ut paucis, quod res est, dicam, distinctione opus est. Nempe duplicem Ebr. נְקָבָה obtinet significationem, unam generalem, quam alii formalem dicunt, alteram specialem s. materialēm. Qua de re benè Schindlerus in suo Lexico. Videndum itaque ex textu, num hic in malam vel bonam accipiatur partem. Prius tota cohærentia suadet ac urgeat. Perpendantur probè versic. 14. & 15. ubi vera diri istius supplicii causa assertur, nō nuda expressio, sed blasphematio: vers. 14. dicitur בְּמִקְדָּשָׁה maledicūm: & vers. 15. Deus tamē promulgat legem, quæ item non expressionem, sed profanationem & maledicentiam ve-
tat:

tat: Vir cùm קָלְלָה maledixerit &c. Unicum illud ad-huc notamus, quòd præter Rabbi Salomonem in h. l. R. Mardochai Nathan in Concordant. huic נַקְבָּה expressè קָלְלָה significationem maledicendi assignet, cum ita loquitur: כל שפְרֹשׁוֹ פֶרֶשׁ לְקָלָלה ut adeò B. Luth. rectissimè reddiderit: Und lästerte den Namen und flüchte.

XVI. Reliqua scripturæ loca, quæ in hanc rem ad-ducunt, verbō non indigent. Quivis enim cordatus vi-det, non de simplici Nominis Divini expressione, sed profanatione sermonem esse. Et glossa Davidis Kim-chi in I. Sam. 3. v. 10. ut nudè ponitur; sic eādem facil-i-tate à nobis exploditur, utpote, quæ frivola planè est, & contra ipsam Scripturam: quæ Nominis יהוה expressionem tantum abest, ut prohibeat, ut potius expresse probet, stabiliat ac graviter mandet. Ac tantum qui-dem de ratione ἀνθρώπων nominis Divini יהוה à Ju-dæis allatâ, quasi juxta τὸ μὲν Ἰουστὸν ita dicatur, quòd nempe illud exprimere seu pronunciare minimè li-ceat.

SECTIO II.

In quâ sententiâ quorundam Christianorum in medium afferatur, & ea ventilatur.

XVII. Postquam haec tenus sententiam Judæorum de Nominis Divini יהוה ἀνθρώπων scilicet iusto rationis æqui-librio ponderasse, eorundemque rationibus satisfecisse videmur; sequitur sententia Christianorum quorun-dam discutienda, qui statuunt Nomen Tetragrammaton secundum τὸ μὴ διωτόν vocari ἀνθρώπον, quòd nimis pronunciari non possit, cùm pronunciationem No-minis יהוה unà cum Judæis ignoremus,

XVIII. Sixtinus Amama in dissert. de Nominē § LX. talem instituit discursum: *Illud rogo, unde certa & vera bujus Nominis prolatio baberi potuerit, an à Judeis, an ex ipsis Bibliis? certè non à Judeis.* Illi enim hanc juxta cum ignariissimis ignorant, & si fortassis eam noscent, tamen eam Christianis vel invideret invidia, vel celaret supersticio. Si enī non quemlibet Judaorum ad pernoscendum hoc Mysterium admittebant Magistri, quomodo Christianos docerent? Nec etiam ex ipsis Bibliis certam lectionem investigaris.

XIX. Verūm enim verò, ut rāceam, Judæos non plane pronuaciationē Nominis Divini יהוה latuisse, cūm Maimonid. in Doct. perplexor. cap. 4t. edit. Buxto ff. p. 107. expresse concedat, in sanctuario à Sacerdotibus Dei sanctificatis fuisse prolatū in benedictione Sacerdotali, & à Pontifice ipso die jejunii; &, quod chorūm omnium ducit, tantū abest, ut ejus pronunciatio Rabinis fuerit ignota, ut non potuerit ignorare vulgus, quippe cūm ex sacerdotibus populo benedicentibus genuinā pronuaciationē percipere potuerit, præsertim cum R. Mose Ben Maimon in קלבת de benedictione Sacerdotum c. 14. §. 1. dicat: כה תברכו בקול רם id est, benedicetis alta voce.

XX. Posterioris in totum negamus. Nam יהוה iisdem punctis, quibus hodierno die vestitum est, multas myriades in Bibliis inveniri, cuilibet ad oculos demonstrare proclive est, quod & ipse quidem Sixtinus Amama locō prædictō concedere tenetur, verūm autoritatibus Theodori Bezæ Annot. ad cap. 1. Apocalyps. v. 4. & Alstedii in Lexico Theol. pag. 78. non ipsius propria, sed aliena & adscita puncta esse, infert. Alstedii verba adscribamus: *Mea sic fert sententia, non sunt propria nominis τεραγεμουάται, sed sunt Nominis Adonai propria.*

Hanc

Hanc sententiam Clariss. Amama, unà cum suis asseclis, certis fundamentis subinxus demonstrare contendit.

XXI. Principem locum tenet (verba sunt Sixtini Amam.) illa ratio, quòd hoc nomen, quotiescumque vel præcedit, vel sequitur cognomen Adonai, & nunquam alias, ne bis legeretur Adonai Adonai, semper mutet suapuncta, & pro Sheva, cbolem, Kametz, semper accipiat chatephsagol, Holem & Hireck. puncta videlicet nominis אֱלֹהִים. Jam pergit: Si illa puncta, qua vulgo sub tetragrammato ponuntur, essent vera ac statua ejus puncta, quid obstat, quòd minus licet dicere Adonai Jehovah, vel Jehovah Adonai? cur huic nomini, & quidem hoc casu, & semper accideret, quod nec ulli aliis nec huic ipsi unquam alias? Quia vel probabilis ratio afferetur?

XXII. Verùm respond. rationem hanc, quæ ceteroquin princeps ac primaria vocatur, parvi ponderis esse. Nam alijs omnia nomina in statu regiminis posita non haberent propria puncta, quippe quæ ob statum semper mutant puncta. Deinde מָנָן non ideò assumit puncta אֱלֹהִים, ac si non non habeat propria puncta, sed ut semper aliquod Mysterium indicetur. Nam הָרָה & אַרְבָּה quando conjuncta ponuntur, non de unà, attestantibus Dominis Theologis, SS. Trinitatis personâ hypostaticè usurpantur, sed omnes tres personas unitate essentiæ denotant, ita, ut literæ nominis Jehovah, quippe proprii, essentiæ Unitatem, puncta verò personarum pluralitatem indicent. Confer Gerhard. com. in Genes. pag. 326, 327. Porrò, si exinde הָרָה mutaret puncta, tunc & quando bis occurrit מָנָן, mutanda essent puncta. Sed hoc refellit locus Exod. 34 v. 6. ubi הָרָה extat. Denique LXX. nullam rationem sejuncti vel adjunci Adonai habuerunt, sicut usus attestante Gomaro LXX. interpretum (in editio-

ne Romana) demonstrat, sed interdum **אָנֹרְסָוּ**, (non
verò semper, uti adversarii volunt) interdum verò
בְּסֻדּ posuerunt. Gen.15.v.6. Gen.18.v.1. Confer Rom.
4. vers. 3.

XXIII. Secundam rationem deponit Amama à
naturâ literarum **מִשְׁחָה וּכְלָבֵב** Hoc extra controversiam,
dicit Amama, ponet mecum, quisquis Ebraeam linguam vel à
limine salutavit, ex ipsis septem literas ante dictio-
nem, à jod schevato incipientem, habere chirek in quo jod,
abjecto suo scheva, quiescit, e.g. יְהִוָּה, fit בִּיהִוָּה עֲצָמָה. Un-
de sequitur, dicit, si vera & juxta proprias votales lectio esset
Jehova, dicendum & scribendum etiam fuisse בִּיהִוָּה עֲצָמָה. Verum
barum literarum ultime quatuor (וכלב) ante hoc
nomen habent pathach, in quo jod quiescit, ut בִּיהִוָּה עֲצָמָה
quod fieri non posset, nisi haberetur ratio sequentis puncti
rapti chateph pathach, quod est sub נ in אַרְכִּי quia puncta
rapti requirant ante se sub ipsis servilibus punctum affine.
Quod at in et ב, ea nunquam ante hoc nomen habet Rech, sicut
analogia postulareret, siquidem Jehova legeretur. Sed per-
petuò est cum tvere. Id quod nullo modo fieri posset nisi habe-
retur ratio aliquius littera gutturalis aut Rech sequentis.
Cujus autem ex his rationem haberi dicemus, nisi נ, aqua
litera vox אַרְכִּי incipit בִּיהִוָּה פָּאָרְכִּי.

XXIV. Sed respond. lectionem nostram nobis in-
de suspectam minimè fieri. Nam illud quidem apud
nos indubitatum ac certum est, Nomina Divina semper
aliquid peculiare, tūm quoad significationem, tūm quo-
ad punctuationem habere, quod satis luculenter patet
ex nominibus אֱלֹהִים & אַרְכִּי. De posteriori enim
hoc satis constat, quod singulari ratione in fine (ן)
obtineat: & de אֱלֹהִים similiter satis superq; ab aliis de-
monstratum, peculiari constructione Mysterium in-
digitari: & utrumque nominis nostri ᄀ anomaliam
sequi.

sequi in proposito est. Dicitur enim cum ipsis praesixis non אלהים &c. sed אלהים &c. Sic אלהי non habet אלהני &c. Sed אלהי &c. Et quisnam vero exinde colligere vellet אלהי & אלהים non propria habere puncta, sed aliena? Aut certe ita si colligere licebit in voce יהוה, etiam hic licebit. *אָתָּה*. Unde elucet, regulas Grammaticas absolutè nobis opponi non posse, quippe secundum quas ista lingua dijudicari nequit. Sed ipsæ ex lingua sunt deducenda & confirmanda. Quò ipso & ratio à litera ו desumpta infringitur. Quanquam si puncta אלהי adessent, non יהוה sed מיהוה dicendum esset, sicut פארני regulariter dicitur, de quo mox plura.

X X V. Rationem tertiam Amama ita proponit: Litera בְּנֵרֶכְבָּה initio dictionum post voces in literam quiescentem desinentes solent aspirari, id est, ut vulgo loquuntur, sine Dagesch scribi, quod alii vocant raphari. Nam verò illud constat, predictas illas literas post vocem tam nudam quam cum præfixis compositam, non adspirari, sed leni Dagesch notari, etiam cum nullus Rex vel pausa intervenit. Unde liquido constat, eos qui puncta addecerunt, utroque causa, non vocem יהוה cuius ultima quiescit, sed aliam vocem speclasse, qua in literam non quiescentem desinat, qualis est Adonai.

X X VI. Verum idem Amamæ hic responsum fit, quod supra thesi 24. Sed & hoc addimus, quod non dum apodictice demonstrâint, semper hoc fieri, cùm exemplum contrarium Psalm. 68. v. 18. adsit: & præterea hoc etiam, quod doctrina illa de usu Dagesch lenis plena sit exceptionum variarum, cui haud satis tutus Controversia hæc potest superstrui. Et quæ alia insuper essent, quæ adduci hic absq; labore possent.

XXVII. Denique non nemo veritatem hujus sententiae ad oculum demonstrare vult ex permutatione vocum Jehova & Adonai Es. c.3. v.1. c.10. v.16. &c. Sed quam infirma haec sit ratio, patet. Et ejusdem planè farinæ esse videtur haec, ubi quidam vocis Elohim personarum pluralitatem inferri negant ex eo, quod permutteratur אלהָם cum voce אל Job. 9. v.2. Psalm. 101. v.25. Sed ut ille, qui istam attulit rationem, posterius hoc affirmare non audebit, quod & refutatum à Dn. D. Walthero in Spicil. p.310; ita prius stare non posse, statim videbit.

XXVIII. Atque ita vidimus hactenus sententias contrariae robur, quae asserit, puncta nominis Jehovah aliena esse atque adscititia, non propria, & per consequens, nos nescire veram ejus punctuationem, atque pronunciationem: unde & juxta τὸν δινατὸν ἀνθρώπον οὐ sit, atq; pronunciari non possit. Restat, ut paucis & nostras rationes, contrarium suadentes, addamus, scilicet vocem Jehovah non puncta Adonai, sed propria possidere: ex quo postmodum suâ sponte sequetur, id pronunciari etiam posse, nec adeò hanc superiorem rationem veram τῆς αἰνθρώπως causam esse.

XXIX. Quod si enim puncta צְבָא substituta forent, non יְהוָה, sed יְהוָה legeretur, Nec est, quod Sixt. Amam. §. 84. excipiat cum Drus. c. 14. & Bellarm. in praxi Grammat. puncta ranta esse schevata composita, simplieisque scheva sub gutturalibus vicaria. Nam ut non dicam, scheva compositum quandoque alius, quam gutturalibus subiectum reperiri (Vid. B. Trost. Gram. General. p.79. Buxtorff. thes. Gram. l.1. c.4.) quid dicent, quod sub Jehovah puncta Elohim possidente, illud occurrat. An ne quia rarius sci. CC XXII. juxta Amam. ioc. cit. Jeho-

Jehova occurrit? Verum quomodo Jehova, sive A-
donai positi frequentia, potest esse causa mutilati primi
puncti, cum (ut alia fileam) in voce Elohim, qua frequentissime obvia, nihil tale observeretur? Deinde dico,
pluries, quam C CXXII. in S. codice hanc punctationem occurtere, & laudatum istum ab Amama Eliæ cur-
rum (nam Elias numerum hujus punctuationis voce
רְכָב representat) longè angustiore esse. Non enim tan-
tum modo רְכָב h. e. C CXXII. viciis ita scribitur,
sed præter CCXI. in Ezechiele, in reliquis LIX. super-
sunt, ut plenior numerus עַל seu CCLXX. censente Go-
maro, sit statuendus.

XXX. Sed ulterius A mam. loc. cit. pergit Scheva simplex
à priscis suis expressum per vocalem ac si batephbatba es-
set, modò non sequeretur litera gutturalis, aut iod, e. g.
שָׁלֹמָה Salomo, שָׁמוּאֵל Samuel, בְּנֵי Canan &c. Cum
ergo sequente Daleib, utpote litera non gutturali, priscâ pro-
nunciatione idem fuerit sonus τδ (-) Σ (-) punctorum,
nec genere, nec specie, nec naturâ, sed tantum figurâ Σ mune-
re in vicem differentium, necesse non est, ad scheva sub iod po-
situm, addere batephbatba.

XXXI. Positò, ita legisse, quid hoc ad scriptio-
nem? Attamen nec ita legerunt. Nam scheva apud ve-
teres non tantum pro (-) sed varie legebatur. Inter-
dum per e brevissimum, sicut כְּרָבִים Gen. 3. v. 24.
שְׁרָפִים וְעֹזֶבֶת Isa. 6. v. 2. דְּבָרָה δέ οὐτα, Genes. 3. v. 8.
Interdum per a brevissimum apud Hieronym. רְשָׁעִים
Raschaim. Interdum per o raptum סָדָם Sodom. In-
terdum per i בְּיֹם biiom. Vid. Clariss. & Excellentiss.
Dn. Ostermannum, Præceptorem & Promotorem
meum devenerandum, in traç. de mut. punct. ex P.
Martin. & Drusio pluribus differentem. Unde & Ama-

ma

ma refutatur, dum LXX. **מְלָשׁ** per Σολομών expressissime docet. Et quid est si propterea Scheva simplex pro Catephathâ sit adscriptum, cum pro eo legatur, ob eandem rationem scheva simplex, ubi Elohim legitur, non autem Scheva, ut sit, cum segol esset scribendum, quia scheva simplex saepius per ε brevissimum effertur.

XXXII. Secundò veram lectionem atque punctuationem nominis περαγεθμάτες Jehova probant etiā particulæ nominis Jehova aliis nominibus tunc præfixæ, tunc affixæ. Nam prior, ac dimidia nominis Jehova pars, nempe יְהוָה iisdem omnino punctis in vocibus ex ipso compositis extat, & ab omnibus, quod extra controversiæ aleam positum est, eod modo legitur. Eiusmodi nomina eam ob causam à Clariſ. Drus. περαγεων, p. 78, & 104. & 113. iawφέω, & περαγεαματφέω appellantur. De hac re tantum unicum exemplum adducamus, quale est יְהוֹנָתָן Jehonathan 1. Sam. 19. v. i. & contra. Et Ἰωνάθαν Jonathan, hoc est Ιωάννης, Deodatus, & similia non pauca.

XXXIII. Tertiò ita procedimus: puncta hodierna aut primitus à Prophetis & Mose sunt apposita, aut postmodum à superstitionis Judæis mutata. Si illud, ut certò certius esse demonstratur alibi, utique nativa & genuina erint. Hi enim ipsi Sp. S. duchi nos docent, in hoc nomine nos jurare debere, & olim Sacerdotes in hoc nomine benedicere jussos esse: quod Judæi ipsi factentur. Et ipsorum Sacerdotes illud nomen per propria puncta protulisse. Sin hoc, hic & Judæorum indefessa sedulitas circa textum sacrum, & inaudita Religio erga illum destrueretur, Bibliorum sacrorum integritas defloraretur. Nec juvat distinguere inter mutationes quod

tionem & corruptionem. Nam & h̄ic Biblia sacra mutationem & corruptionem passa fuissent ; quippe quod contra expressum Dei mandatum & Sp. S. intentionem factum fuisset. Atque h̄ec quidem sufficient etiam nunc de sententiâ quorundam Christianorum, qui τὸ ἀνεψιόντων per τὸ μὴ δυνατὸν interpretantur, quod scilicet Nomen hoc exprimi non possit, cùm & veram ejus lectionem atque scriptiōnem ignoremus.

SECTIO III.

Quæ veriorem aut saltem probabiliorem sententiam paucis subjungit.

XXXIV. Discussâ jam tūm Judæorum, tūm quorundam quoque Christianorum sententiâ de Nominis JEHOVA ἀνεψιότες, reliquum esset, ut sub calcem hujus Exercitii nostram quoque, sive veriorem potius, aut saltem probabiliorem sententiam de hâc Controversiâ adjungeremus.

XXXV. Ac ut paucis, quod res est, dicamus, nos vice hâc in eam planè propendemus sententiam, dici hoc nomen JEHOVA à veteribus imprimis olim, atque nunc etiam fortassis atque vulgò, ἀνεψιόντων, ἀ-Φρεστον, ἀρρητον &c. non quodam. tale sit juxta τὸ μὴ δυνατὸν, quod scilicet non licuerit, liceatve pronunciare, quæ sententia placet Judæis, à Nobis in sect. 2 satis refutata. Nec 2. quod tale sit simpliciter juxta τὸ μὴ δυνατὸν, quod pronunciari minimè possit, cùm id ignoremus, quæ sententia Christianis nounullis arridet, de quâ in sect. 2. fuit actum. Sed 3. juxta τὸ μὴ εἰωθός, quod insolens sci-licet atque inusitatum fuerit passim apud plures, nec non ejusmodi habitum vulgò, atque à plurimis. Quor-

C

sum

sum respexisse etiam videtur Eusebius, quando illud
ἀνενθόντος τοῖς πολλοῖς appellat. Et certè per haud
exiguum temporis spatium in usū id non fuisse, & ante
Galatinum neminem id pronunciare ausum fuisse, res
nota est.

XXXVI. Etenim, cùm, ut ex superioribus con-
stare potest, tantā Religione Judæi nomen hoc pro-
secuti fuerint, & ista ἐνλαβεῖαι in talem superstitionem
degeneraverit, postremō omnes omnino Judæorum a-
nimos penitus occupavit, atque ad eō unā cum Judæis
totum terrarum orbem pervolavit. Unde dicimus,
orthodoxos imprimis Patres, quos postea secuti sunt
etiam alii, sicut Divinum Nomen ἀνενθόντο dixe-
runt; lingua Judæorum usos fuisse. Quod ipsi & illo-
rum verba nonnulla evincere videntur, si aspiciantur.
Certè Hieronymus, qui cum Judæis sibi conversatus,
& Judæo quoque Præceptore usus fuit, ita loquitur in
Epist. quadam ad Marcellam, (Tom. Oper. III. pag.
95. edit. Basil. 1537.) quando Nomina Divina re-
censer: *Nomen περιστέραματον quod ἀνενθόντο h. c.*
ineffabile putaverunt, quod bis literis scribitur JEHOVA
&c. Sic & Theodoreetus quæst. 15. in Exodum loquitur:
Τὸ δὲ πάτερ ἔβραιος ἀρρεγεῖται οὐμαζεταὶ i.e. hoc apud
Ebraeos ineffabile dicitur. Ex quibus verbis colligitur
satis, ab ipsis quoque eo modo id appellatum fuisse
ἀνενθόντο, scil: Τοῖς πολλοῖς ηπολλαχῶς.

XXXVII. Sed hæc dum afferimus, non simplici-
ter rejectam volumus illorum sententiam, qui dicunt,
ineffabile esse ob essentiam eō significatam, quæ com-
prehendi & verbis describi penitus à nobis in hac mor-
talitate nequit.

Nec

XXXVIII. Nec planè nulla est etiam sententia doctissimi Fulleri, qui in Miscell. l.4. c.13. propter linguam Græcā id à ἀρχήσι της à Græcis dictum fuisse censet. Si enim recte explicetur, satis benè sese habet. Quosdam conatos fuisse aspirationem in medio exprimere, & consimiles voces græcè scribere, faciles damus; sed conatus iste non probat facilitatem scribendi, multò minus ipsam expressionem vocis JEHOVA. Hactenus exemplum commodum demonstrare non potuerunt, ubi difficultas istaz, quæ in exprimendâ voce JEHOVA adsunt, concurrent omnes, & quod vox à Græco expressa fuerit.

XXXIX. Cæterū filum hīc est abrumpendum: Diximusque hæc certis subnixi rationibus & fundamentis, eā imprimis lege, ut resilire, si quis meliora, possimus.

Tantum,!

MANTISSAE.

1. Ποῦτον an sit Nomen DEI? Affirmatur *adversus Burgensem*.
2. To δὲ an, sicut à Tetragrammato decursum, ita denotet νῦν λόγον, sive filium DEI ἐνσημνον, hominem factum & pro nobis passum? Negatur.
3. To δὲ & ποῦ an inter nomina recensenda sint? Negatur.

73
Gebrauch ist es nicht zu verachten, dass man die
Spirituosen mit Wasser abweichen lässt, um sie
zu reinigen, und so wird man sie leichter und
sauberer erhalten. Ein großer Vorteil ist, dass
die Flüssigkeiten leichter aufzunehmen sind,
als die trocknen, und so kann man sie leichter
und schneller aus dem Körper entfernen. Es
ist auch vorteilhaft, wenn man sie mit Wasser
vermischt, um sie leichter aufzunehmen. Ein
anderer Vorteil ist, dass man sie leichter und
schneller aus dem Körper entfernen kann.
Es ist auch vorteilhaft, wenn man sie mit Wasser
vermischt, um sie leichter aufzunehmen. Ein
anderer Vorteil ist, dass man sie leichter und
schneller aus dem Körper entfernen kann.

XIX. Einem kleinen Kind ist ein Sprung an
der Brust entstanden, das durch einen Stich
entstanden ist. Es ist sehr schmerhaft und
schwierig zu behandeln. Es ist daher vorteilhaft,
wenn man es mit Wasser abweichen lässt, um
es leichter und schneller zu heilen.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.


W A Y L I S S A E

Ein Kind hat eine Entzündung im Hals, die
sehr schmerhaft ist. Es ist daher vorteilhaft,
wenn man es mit Wasser abweichen lässt, um
es leichter und schneller zu heilen. Es ist
auch vorteilhaft, wenn man es mit Wasser
vermischt, um es leichter und schneller zu
heilen. Es ist auch vorteilhaft, wenn man es
mit Wasser vermischt, um es leichter und
schneller zu heilen.

05 A 1575



1517



23

Dissertatio Philologica
De
DIVINI NOMINIS
J E H O V A
ΑΝΕΚΦΩΝΗΣ ΕΙ,
quam
Triuno JEHOVA annuente,
Sub
PATROCINIO
VIRI
Clarissimi atque Excellentissimi,
Dn. M. ANDREÆ SENNERTI,
Lingg. Oriental: P.P. Dignissimi, Praeceptoris ac
Promotoris sui omni observantiae cultu profe-
quendi,
publico examini proponit
DAVID WENDELERUS,
Schlettå - Milnicus
Ad diem 14. Maii
In Auditorio majori.
—
WITTEBERGÆ
Excudebat MICHAEL Wendt, ANNO 1642

